

SANCTI PATRIS  
**ATHANA**  
SII, ALEXANDRIÆ  
EPISCOPI, THEOLOGICÆ  
QVÆSTIONES.

Nunc primum Latio datae,  
per Valentínum Am-  
pelandrum.

BASILEÆ, ANNO  
M. D. LIII.

# CLARISSÆ PRÆ-

STANTISSIMIS' QVE VI=  
ris, Ioanni Hallero Maurtio Episcopio, Ioāni  
Wæbero, ecclesiastis: Wolfganggo Musculo,  
M. Bernardo Telamonio, M. Benedicto Marti-  
no, Nicolao Artopœo professoribus Scholæ  
Bernensis, Dominis suis honorandis, et  
obseruandis præceptoribus, Valen-  
tinus Ampelander S. D.



A METS ITALIS QUÆDAM  
inter homines diuersi-  
tas est, ut alius alium in  
genio & intellectu lon-  
gè antecellat, sitq; in re-  
bus percipiendis, iudicandis, reti-  
nendis, tradendisq; fœlicior & ma-  
gis promptus: nihilominus tamen  
Optimi Maximi Dei prouidētia &  
beneficentia hoc bonum mortali-  
bus contigit, ut qui ingenio tardior  
est, aliorum inuētis, tanquam admi-  
niculis quibusdā uti, & ea quæ ini-  
quior natura negauit, aliorum auxi-  
lio resarcire possit. Nam non solūm  
agēte intellectu res inuenire & ex-  
cogitare, sed & patiēte quasi, quam

A 2 uocant

S. PATRIS  
ATHANASII AR-  
CHIEPISCOPI ALEXAN=

driæ, ad Antiochum Principem, de  
plurimis & necessarijs quæstioni-  
bus, quæ in diuinis scripturis apud  
multos in dubio sunt, & tamen  
à quo quis Christiano tene-  
ri debent.

QVÆSTIO PRIMA.



N D E declarari potest, quod  
creati sint angelii: nam in libro  
Geneseos id non memoratur.

RESPONSI O.

Cum nosset Deus esse Iudeos ad idola & multorum Deorum cultum  
propensos, eius rei gratia abscondit in Genesim  
hanc rationem de angelis, ne & illos Deos fa-  
cerent, qui uitulum & alia quædam deificaue-  
rant, quasi Di j essent. Quod ueroè creati sunt  
angeli, audi Davidem prophetam, dicentem:  
Laudate eum omnes angelii eius, laudate eum  
omnes uirtutes eius, Quoniam ipse dixit, & fa-  
cia sunt, ipse mandauit, & creata sunt.

Quæstio II.

Quantum igitur angelorum numerus, ho-  
minum multitudinem superat?

A S R E